Zeitschrift: Bulletin / Vereinigung Schweizerischer Hochschuldozenten = Association Suisse des Professeurs d'Université

Herausgeber: Vereinigung Schweizerischer Hochschuldozenten

Band: 14 (1988)

Heft: 4

Rubrik: Glückwunschadresse der Schweizer Universitäten

Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist die Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften auf E-Periodica. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Zeitschriften und ist nicht verantwortlich für deren Inhalte. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern beziehungsweise den externen Rechteinhabern. Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen sowie auf Social Media-Kanälen oder Webseiten ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. Mehr erfahren

Conditions d'utilisation

L'ETH Library est le fournisseur des revues numérisées. Elle ne détient aucun droit d'auteur sur les revues et n'est pas responsable de leur contenu. En règle générale, les droits sont détenus par les éditeurs ou les détenteurs de droits externes. La reproduction d'images dans des publications imprimées ou en ligne ainsi que sur des canaux de médias sociaux ou des sites web n'est autorisée qu'avec l'accord préalable des détenteurs des droits. En savoir plus

Terms of use

The ETH Library is the provider of the digitised journals. It does not own any copyrights to the journals and is not responsible for their content. The rights usually lie with the publishers or the external rights holders. Publishing images in print and online publications, as well as on social media channels or websites, is only permitted with the prior consent of the rights holders. Find out more

Download PDF: 05.04.2026

ETH-Bibliothek Zürich, E-Periodica, https://www.e-periodica.ch

Glückwunschadresse der Schweizer Universitäten

HELVETIORUM ET UNIVERSITATES, BASILIENSIS VIDELICET BERNENSIS FRIBURGENSIS GENAVENSIS LAUSANNENSIS NECCOMENSIS TURICENSIS, ET SCHOLAE POLYTECHNICAE CONFOEDERALES LAUSANNAE TURICIQUE SITAE ET ALTA SCHOLA SANGALLENSIS EARUMQUE RECTORES AC SENATUS.

EGREGIO PROFESSORUM COLLEGIO TOTIQUE CIVITATI ACADEMICAE ANNUM UNIVERSITATIS BONONIENSIS NONGENTESIMUM RITE CELEBRANTI SALUTEM PLURIMAM DICUNT.

QUIS NESCIAT, RECTOR MAGNIFICE, COLLEGAE ILLUSTRISSIMI, INTER OMNES UNIVERSITATES HUMANIORIBUS STUDIIS ARTIBUS DISCIPLINIS DEDICATAS, QUIBUS HELVETIORUM FINES CINCTI SUNT QUASI CORONA QUADAM LAETISSIMA, CUM VETUSTATE UNIVERSITATEM BONONIENSEM TUM DIGNITATE LOCUM OBTINERE PRINCIPALEM. IAM AB ILLO ENIM TEMPORE, CUM IN LUCEM PRODIIT, DOCTRINAS TRADITAS SIBI ATQUE OPTIMIS ANTIQUITATIS AUCTORIBUS PROBATAS CUM STUDIIS RENASCENTIBUS TAM CONSTANTI AC PROSPERO AMORE CONIUNXIT, UT ADHUC A BIFARIA ISTA RATIONE NUMQUAM DESCIVERIT. HAUD MIRUM IGITUR TOT STUDIOSOS HELVETIORUM E CIVITATIBUS ORIUNDOS NOVEM PER SAECULA BONONIAM MIGRASSE, BONONIAE IN BONAS ARTES INCUBUISSE, UNIVERSITATIS BONONIENSIS DE COMPLEXU AVELLI VIX POTUISSE. QUORUM EXEMPLUM SECUTI NOS HELVETII HODIE QUOQUE BONONIAM ACCURRIMUS, UT FESTUM DIEM CONCELEBRANTES GRATIAS VOBIS AGEREMUS MAXIMAS PIAQUE OFFEREMUS VOTA, QUAE BENE AC FELICITER EVENIRENT ET PRAESENTI TEMPORE ET FUTURO.